

DE PRO-
uidentia diuina
Liber.

A IOANNE FA-
BRICIO MONTANO, CI-
UE Tigurino, Curiæ Rheto-
rum conscriptus.

ANNO DOMINI
M. D. LXIIIL

fois Fabriij Montani.

Adopt. aber
Nol ist zu behalten

DE PROVIDENTIA DEI

gnitæ aut perspectæ. Sese Imperato-
rem pro ciuili suo capite agnoscere,
cum quo iam nunc per legatos suos
de concilio Christiano, legitimo, li-
beroꝝ, nō pontificio & adulterino
agere cœpissent. *POL.* Quid hoc mó-
stri est? olim cum Germani haberent
turbarbari, præterꝝ vernaculam lin-
guam nullam callerent aliam, ponti-
ficiis legatos, latinè quantumuis lo-
quentes, percipiebant tamē, vel sine
interprete: nunc cum linguarum stu-
dium in Germania passim effloruit,
Pontifex & ipsi sese mutuò intellige-
re amplius nequeunt. *THEOC.*
Est quoddā doctrinæ genus quo e-
tiam dediscendo proficimus. Sed ad
ea accedo, quæ in Anglia nuper ad-
modum acciderunt. *POLYC.* Aures
arrigo. *THEO.* Pontifex illuc itidem
ut in Germaniam legatum suum mi-
serat, cui Rex Philippus (proculdu-
bio sicut faceret à pótifice exoratus)
literis suis ad Serenissimam Angliæ
regi-

reginam, per amāter scriptis, aditum
viam q̄ sternere parauerat: Reginaver-
rō nec Philippi regis preces, intra pe-
ctus, nec Pontificis legatum intra re-
gnum admisit: quod responderet, si
bi cum pontifice eius q̄ Concilio ni-
hil planè esse negotij, istiusq; sui con-
silij Christiani & pij, se breui toti ter-
rarum orbi, publicè edito in hoc li-
bro, rationem reddituram. *POLYC.*
Incredibilia dictu audire mihi vide-
rer, nisi quibus authoribus tu didi-
cisses, iam antè mihi constaret. In-
gens certè rerum facta est commu-
tatio, modo à fœminaridetur, qui nō
ita pridem Christianos monarchas
Iudificabat ipse. Succurrit illud Ver-
gilianum: Dux fœmina facti. Perge
porrò recitare si quid de Scotico re-
gno comperti habes, nam & illius
σκοτών Euangelij sol radijs suis illu-
strasse prohibetur. *THEOC.* Serò qui
dem Deus illam gentem respexit, sed
ad eò benignè tamen, & clementer,

DE PROVIDENTIA DEI

adde etiam tam mirabiliter, & potē-
ter, vt res ad omnem posteritatem
memoria digna sit sempiterna. An-
gli Scottiꝝ antehac (vt scis) capitali
odio à se mutuo dissidebant, adeò vt
infestis signis, non raro de summa rei
inter se decernerent: nunc verbi di-
uini gladio, vtraꝝ gens subacta, Chri-
sti saluatoris sui leges & imperium,
tanta animorum consensione in se
recepit, vt nihil illis sit coniunctius,
quibus iam ante nihil erat disun-
ctius. Laudatur Scotorum præcipue
constantia, & secundum Deum pie-
tas erga reginam longe maxima. Mi-
serunt ad eam legationem amplissi-
mam, rogatum vt in regnum redeat,
atque suis subditis omnia obsequia
clemēter expectet: qui & parati sint
pro ea quam teneræ ætatis adhuc
puellam armis protexerint, vitā san-
guinemꝝ deinceps quoꝝ profun-
dere, dummodo sibi religionem in-
tegram liberamꝝ permittat, citius
enim

enim se à vita quām Christiana religione discedere cogitare. *POLYC.*
Mihi quidem cōditiones satis æquæ videntur, & reginę neutiquam aspernandæ: nam principibus quidem parere necesse est, sed ita tamen, ne ab obedientia diuina exorbitemus. Sed perge dicere quæ aliunde habeas.

THEOC. De Polonia non est quod repetam, quæ pridie ex me prolixè audisti. Felices admodū progressus religio Christiana facit, feliciores etiam factura, nisi quidam præstigator, cui apud nos Germanos ex renomen est, ambitione sua cursum eius nō nihil esset remoratus: Sed Dei gratia, homo ille ex virtutibus suis, cordatis pijsq; hominibus iam nunc innotuit. *POLYC.* audire aueo quid Gallia nobis parturiat *THEOC.* Ilias est futura si singula pertexam, summa sequar fastigia. Quos motus, quasq; turbas, superior annus nostris illuc dederit dicere supersedeo,

bricis lapsu, desuper impeti, i^ctusq^{ue} violento subito extingui. Atqui si vis illa lethalis, quam supra necessitatē appellauimus, diuinitus importatur, antecedentia quoque ad consequens illud aliquem respectum habere conuenienter oportet. Sic qui viā ingreditur, quæ ei fatalis est, qui pugnā capessit sibi suisq^{ue} exitiosam, et si cū ratione deliberat, occulta tamen & tacita quadam vi ad id inducitur, cuius euentū postea periclitatur. Et exépla cōmemorare possem, quibus ceu argumentis conuincerē, tales inopinatos exitus, vt maximē videātur fortuiti, nihil fortuiti tamē in se cōtinere. Sed ad scripturam me refiero, cuius authoritas meritō nobis debet esse sacrosancta. Hæc ipsa deo vitā, mortē, cōsilia, euentus, omnes deniq^{ue} actiones nostras, tāquā supremo rectori in vniuersum summitit. Nōnne quoties deo nos nostraq^{ue} precibus cōmittimus, toties vniue-

DE PROVIDENTIA DEI

sitatis totius summā (quod in nobis
est) eidem deferimus. Locos si legere
voles, en præsto sunt. 1. Samuel. 2. le-
rem. 10. Proverb. 16. 21. Psal. 127. Sed
quid refert omnes locos accumula-
re? Sexcenti sunt qui faciunt ad insti-
tutum nostrum, vnuſ tamē sit in ſtar
omnium: Caput nonum libri primi
Samuelis, tibi proponas velim, in
quo de regis creatione agitur. Sau-
lem Deus imperio destinarat, quæ-
cunque ergo circa Säulem contige-
re, habēt ſe tanquam media ad ſuum
finem. Et primus quidem actus ali-
nis detur, quæ deuiæ palantes, inter
pafcedū ſolito longius aberrarunt.
Atqui hic error à Deo regitur. Quid
audio (dices) ſtupidū ne vecorsq;
hoc animal, ei curæ eſſe, cuius ſapien-
tiam non capit vniuersus orbis? Sic
eſt omnino. Nam quò Dei ſapientia
eſt immensior, quò maiestas eius au-
gustior & magnificentior, eò minus
rerum creatarum ab eius regimi-
ne

ne eximendum censeo: hæc ad cor-
uos, hæc ad passeris, vilissimum ge-
nus volucrū, sese extendit. Sed pro-
grediamur amplius. Quod Sauliu-
betur amissas asinas quærere, quod
viæ comitem sibi famulum ascisce-
re, quod parenti volens morem ge-
rit, quod simul iter ingrediuntur,
quod ambages faciunt, quod varias
quærēdi vias frustra insistunt, quod
pedetentim in eum locū deueniunt,
qui ex vicinitate prophetæ eos ad-
monere poterat, quod eius adeundi
consiliū capiunt, quod munera ada-
ptant, quod Sicli pars in parato est,
in vniuersum Dei sunt opera. Sed ne
puellæ quidem temerè aquatū pro-
diere, quarum indicio quod reliquū
viæ erat, Saul cum famulo gnauiter
capessit. Quid quæso magis fortui-
tum videtur, quam aquæ defectu do-
mo progredi, situlam ingurgitare,
greges adaquare? Et tamen Rebecca
hæc agens, Isaco suo cessit in coniu-

DE PROVIDENTIA DEI

gem: Moses in Ziporam suam apud
puteum incidit: Samaritana Christo
ad puteum desidenti superuenit. In
quibus singulis quanta sit prouiden-
tia, res testatur ipsa. Nec qui lamben-
do biberunt, ut in historia iudicu-
legitur, temerè ad id faciendum in-
ductisunt. Nec qui ad Nilum aqua-
tum procedunt, asque Crocodylis
abripiuntur, nec qui fluuijs aut fon-
tibus immerguntur, ad eos casu ve-
nisse existimandi sunt. Propterea
quod moriendi necessitas, non nisi
ijs incubat, quibus Deus destinatò
immittit. Et quoniam de puteis no-
bis sermo est, dicam quæ mihi acci-
derunt admodum puer. Humilior
eram quam quod possem vrnā, quæ
perticæ illigata super os putei im-
pendebat, manu contingere, crepidi-
nes ergo putei descendere paro, ibi
cum vrnam prenso, ipsa mobilis, cō-
tactum effugit, ego excutior præ-
cepsq; ruo. Cohorreo quoties fata-
lem

lem hunc casum reminiscor. Solent illis in locis, oras puteorum, trabibus mutuo consertis frequenter includere, harum vna ex supremis, soluta compage, pridie eius diei in puteū deciderat, sic trabis casum meus subsequitur. Quod verò illa trāsuersum puteum occupasset, ego q̄b præceps ruissēm, mirabantur quotquot inspiciebant, & considerabant qui fieri potuisset, quod inter cadendum trabem non contigissem, post fluctuationem verò ad eam vltrò de latus, diuaricatis cruribus ei tanti sper insedissem, donec à parentibus & vicinis mihi tandem subueniretur. Illi demittebant qui funibus me illigaret, quibus implicatus postea extraherer. Sic multa Dei miracula in hoc vno factō simul concurrunt. Hæc mater mea probè animaduertens, quod pia esset multæq; lectio- nis mulier, puero mihi identidem ingeminans, vsque suggerebat, Dei

DE PROVIDENTIA DEI

prouidentiam agnoscere, quæ me
proculdubio, hisce progymnasma-
tis ad maiora documenta preparare
voluisset. Sic Deus parētes meos do-
cere voluit, non tantum in illorum
cura situm fuisse, quantum in suai-
psius tutela & benevolentia. Me ve-
rò nō obscurè admonuit, cui porrò
omnem meam vitam dēberem, ei vti-
que, cuius beneficio nō modò viue-
rem, sed penè miraculose viuerē: hāc
quoque non inuitus pro nominis il-
lius gloria deponerem, qui nē inglo-
rius morerer, eandem mihi in hunc
vscq; diem clementer prorogasset. Ei
me meaq; deinceps lubens commit-
terem, qui suam erga me meosq; bo-
nitatem, tam illustri declarasset argu-
mento. Sed eò vnde digressus sum re-
uertor tandem. Cogitare potes quā-
ta vis sit, quæ minutissima quoque
temporum puncta tam exactè pon-
deret, ut futuros quosq; rerum euen-
tus cum causis suis strictissimè con-
nectat

ceu capillitio intecta , ossa fracta ex
capite extrahit , cum thure & vino
imposita . Sed tamē hæc quoq ; sicut
& alia innumera , ad diuinæ prouiden-
tiæ contemplationem pertinēt ,
cuius tamen longiorem commenta-
tionem semel iam missam fecimus .

T H E O. Solebamus ferè Polycarpe
quotannis alpes nostras simul inui-
sere , sed præsens annus , quod esset
turbulentior , hanc voluptatem no-
bis adhuc inuidit . **POLYC.** Ego mon-
tanis istis deambulatiunculis mirifi-
cè delector , hancq ; animi remissio-
nem , quæ voluptatem pari vtilitate
moderatur , honestissimam semper
duxi . **T H E O C.** Cuius tu verò putas
voluptatis esse in sublimi positos ,
vno obtutu ex alto despicere , quic-
quid subiecta prata viriditatis , um-
brosæ valles opacitatis , comâtes syl-
uae recessuum : quicquid aëris deni-
que regio , scopulorum solitudo , la-
ticum perennitas , fluminum lymp-

DE PROVIDENTIA DEI

ditas, lacuū capacitas, camporū va-
stitas, oppidorū, ædificiorū, viarum,
situs, cultus, ornatus, serenitatis, hor-
roris, perspicuitatis, amœnitatis, pro-
funditatis, immēditatis, antiquitatis,
decoris & elegantiæ, vno complexu
lögè lateq; cōprehendunt. Nec verò
minor est auriū voluptas: illic armen-
tum bubulū, lanigeri greges, caprige-
næ pecudes, arguta tintinnabula, pa-
scentiū gestamina. Sonore volucres,
Spirātes auræ, ex alto cadētes riuuli,
suos mugitus, balatus, tinnitus, con-
centus, sybila, murmura, certatim cō-
miscent, ingeminat valles, respōsant
syluæ, aggemūt cauernæ, resultat sco-
puli, vicinoq; cauæ cōcursant ethere
voces. Sed vtilitas nō mediocris est,
totius naturæ quasi chorū, spectan-
dum cōtemplandumq; velut in thea-
trū producere, sicq; dei cōditoris ma-
gnificetiā rectius cognoscere. Plátæ
verò ubi felicius proueniūt q; in mó-
tibus? Vbi frequentiores, præstantio-
res, fa-

tes, salubriores, efficaciores & magis
aromaticę? hi Doronicū nobis, hi Gē
tianā suppeditat, varij generis plan-
tā. Hi Plantaginē aromaticam, Cētau
reum maius, Raponticū vulgò dictū,
Rhabarbarū, Seseli Peloponesiacū,
Eleborū, lunarias omnis generis, Iuā
moschatā, & ne singula persequar, in
gentē præterea vim, florum, radicū,
fruticumq; benignè nobis submini-
strant. Sed stultū me qui hæc apud te
Polycarpe, cum non uallis, nō lym-
phula, nostri non sit conscia: nō sal-
tus, nō iugum, nō cacumē, quod nō
simul penetrauimus, perreptauimus
superauimus. *P O L.* Grata mihi fuit
hæc cōmemoratio, quæ pristinæ vo-
luptatis memoria me nōnihil delini-
uit. Sic quas corpore nō adire datur,
animo saltē cōtingemus alpes. *THE.*
Tu verò ne quid naturalis contem-
plationis tibi deesset, pro Raponti-
co, lunariaq; Græca odorata, (quæ
duo cum doctore medico nostro,

DE PROVIDENTIA DEI

in montis aduersi conualle vestigabas) in vrsam incidisti, geminis comitatam catulis, sed impunè tamen tulisti, quod à vi vobis temperaretis. Scis tu laterum obiectu, præcipites admodum scopulos vtrinq; in sublimè exurgere, sic ut effugij nullus pateret exitus. Sed ipsa collectis catulis, clunibus insidens, nos aliquan- diu contuebatur: nos quoq; quod inermes essemus, in mutuò obtutu aliquantis per hæsimus, tādem quod illa ex conspectu nostro fese proripe ret, vallis iter omne relegimus, exq; præcipitio in plana nos recepimus. Ibi Ramnus erat proxima, quā quoties cōspicor, toties Deum compre- cor, ne patiatur hostium nostrorum spinas, in Ramnū excrescere: scis autem hanc spinā arborescere, & spissitudine truncos adæquare. Mox de hinc linaria violacea conspicitur, ex inde poligalum nostrum, non procul inde lingulaca Plinij & simul innumeræ